



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Assertio Septem Sacramentorum Aduersus Mart.  
Lutherum**

**Heinrich <VIII., England, König>**

**Parisiis, 1562**

Chalcographvs Pio Lectori.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30233**

CHALCOGRAPHVS  
PIO LECTORI.

**S**i catholicus es, lector, minimè professo  
 tibi displicere poterit hæc responsio  
**R**egis Angliae ad prædictam Lutheri  
 epistolam, cum tantam præferat ubique ho-  
 nestatem, eruditonemque ac pietatem. Sin vero  
 Lutheranus, displicebit forsitan sic depingi tibi  
 Lutherum. Considera tamen paulisper, dum prio-  
 rem legis Lutheri epistolam, an deceat eum qui  
 haberi vult euangelista, propheta, ecclesiastes,  
 vir dei, apostolus Germanie, tanta rati leuitate  
 ut & seipsum leuitatis condemnet aduersario:  
**E** quod prius maxime serio scripsit, tamaque  
 cum certitudine (si ipsi credas) asseruit, ut totū  
 illud se de caelo habere iactauerit, nunc mulie-  
 briter blandiendo ad emendicandam gratiam  
 cum aduersario, quem tam ferociter ac super-  
 be contra bonos mores atque adeò contra Euā.  
 gelicam charitatem, mansuetudinem ac mod-  
 stiam insestatus fuerat, reuocare, ac publico li-  
 bello palin: diam cantare libenter vellet, modò  
 id illi placitum esse, vel leui indicis intelli-  
 gat. Non curans quod principes, & reliqui  
 quos partium suarum esse gloriatur, dicturi sint  
 quod ipsos tam nequiter decepit, ac summo

Regis Angliæ

nunc cum rubore eorum recantare velit, ut et  
tandem idem reddat præmium, quod antea ius-  
tis nequissimè seduclis, ac miserè occisis, illa-  
diderit.

INVICTISSIMI PRIN-  
cipis Henrici VIII. Regis  
Angliæ, ad Martini Lutheri  
epistolam responsio.

Catalogus  
eorum quæ  
in epistola  
Lutheri ad  
regem con-  
tinentur.



Vas tu Luthere literas pri-  
ma Septembbris, anno do-  
mini M. D. x x v. datas,  
ad nos mittendas curasti,  
eas nescio ubinam terra-  
rum diu peregrinatas, tandem aliquando  
aceperimus. In his aīs dolere puderēque  
te, quod stultus, præcēpsque librum in me-  
tuum, non tuo quidem genio, sed incitan-  
tibus his, qui mihi parum fauebant, edidi-  
sti, quo te tibi scribis maxime consciū  
esse, quām grauiter nos offendēris, atque  
ob id merito verendum tibi literis nos  
tentare. Sed animum tamen, ausūque i-  
bi factum scribis non solum, quod me tam  
clementem intelligas, vt cum mortalem

me



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN